

sumus: numquid membra longe sunt a capite? Si essent longe, et  
 divisa essent, non diceret: *Ecce ego vobiscum sum usque in consum-* cc 2178  
*mationem saeculi.* Si separata essent, non de caelo diceret: *Saule,*  
*Saule, quid me persequeris?* Si non in nobis esset, non diceret: *Esu-*  
*rivi, et dedistis mihi manducare;* et cum illi dicerent: *Quando te* 45  
*vidimus esurientem?*, respondit: *Cum uni ex minimis meis fecistis,*  
*mibi fecistis.* Ecce populus, ecce appropinquans Israel; et cum illo  
 modo spe, postea re.

Conversi ad dominum.

## IN PSALMUM CLIX

(1.) Laudemus dominum et in voce et in intellectu et in mi 1949  
 opere bono, et sicut nos hortatur iste psalmus, cantemus ei canti-  
 cum novum. Sic enim coepit: CANTATE DOMINO CANTICUM  
 NOVUM. Vetus homo, vetus canticum: novus homo, novum can-  
 ticum. Vetus testamentum, vetus canticum: novum testamentum, 5  
 novum canticum. In vetere testamento promissiones sunt tempo-  
 rales et terrena. Quisquis terrena diligit, vetus canticum cantat:  
 qui vult cantare canticum novum, diligit aeterna. Ipsa dilectio  
 nova est et aeterna. Ideo semper nova, quia numquam veterescit.

42sq. Matth. 28,20    43sq. Act. 9,4    44 Matth. 25,35    45sq. Ibid. 25,37  
 46sq. Ibid. 25,40

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi U$      $\varepsilon$ :  $N A n_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$      $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$     lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F M c_i$ )  
 1, 1 laudemus ... 9 veterescit] Ps. Aug. 843    3 cantate] inc.  $K$     4 vetus<sup>1</sup> ...  
 canticum<sup>2</sup>] cf. Prosp. lib. sent. 82 (cc 68A, p. 276)    8 aeterna] des.  $K$

42 sum om.  $U$  | in] ad  $C_1 P_7 P_6 ma$     45 dedistis] non praem.  $\delta$  | dicerent illi  
 tr.  $\pi \varepsilon P_{23} ma$     46 esurientem] et pavimus add.  $\alpha$     47 mihi fecistis om.  $\gamma_1$   
 49 conversio  $\varepsilon$  | conversi ad dominum (cf. en. 143,19,24; 144,25,8; 148,17,48;  
 150,8,25 app. ad l.) om.  $U \gamma_1 ma$

In ps. CLIX.    1, 1 laudate  $\gamma_1$     2 ipse  $\gamma_1$  | ei] et  $\pi$ ; ei et add.  $\varepsilon$     3 coepit]  
 incipit  $\delta$     6 veteri  $\alpha \zeta P_{23} Y ma$     8 diligit  $\delta$     9 veterascit  $V_2 A n_4 \zeta P_{23} ma$

10 Nam si bene consideres, antiquum est hoc, quod modo est  
 novum. Numquid, fratres mei, vita aeterna modo nata est? Vita  
 aeterna ipse Christus est, et secundum divinitatem non modo  
 natus est, quia: *In principio erat verbum, et verbum erat apud*  
 15 *per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Si quae per ipsum  
 facta sunt antiqua sunt, quid est ipse per quem facta sunt? Quid,  
 nisi aeternus et patri coaeternus? Sed nos delapsi in peccatum  
 pervenimus ad vetustatem. Nostra enim vox est in illo psalmo  
 ubi dicitur cum gemitu: *Inveteravi in omnibus inimicis meis.* Inve-  
 20 *teravit homo per peccatum, innovatur per gratiam.* Omnes ergo  
 qui innovantur in Christo, ut ad vitam aeternam incipiant perti-  
 nere, canticum novum cantant.

(2.) Et hoc canticum pacis est, canticum hoc caritatis est.  
 Quisquis se a coniunctione sanctorum separat, non cantat canti-  
 cum novum. Secutus est enim veterem animositatem, non novam  
 caritatem. In nova caritate quid est? Pax, vinculum sanctae socie-  
 5 *tatis, compago spiritualis, aedificium de lapidibus vivis.* Ubi est  
 hoc? Non in uno loco, sed per universum orbem terrarum. Audi  
 hoc de alio psalmo, sic dicit: *Cantate domino canticum novum,*  
 cc 2179 *cantate domino omnis terra.* Ex hoc intellegitur quia qui non cum  
 omni terra cantat, vetus canticum cantat, quaelibet verba de ore  
 10 eius procedant. Quid enim attendo quid sonet, cum video quid  
 cogitet? ‘Et tu, inquis, vides quid cogitet?’ Facta indicant. Nam

1, 13–15 Ioh. 1,1–3    19 Ps. 6,8    2, 5 aedificium ... vivis] cf. 1 Petr. 2,5  
 7sq. Ps. 95,1

$\pi: \alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1) \quad \lambda: \pi U \quad \varepsilon: N A n_4 \quad \gamma_1: C_1 P_7 S o_1 \quad \zeta: P_6 T \quad P_{23}$   
*lectiones selectae: D P\_3 P\_5 P\_{15} Y X e\_3 w, \alpha\_2 (= F\_2 F Mc\_1)*

10 consideras  $\pi N^l A n_4 \zeta P_{23}$  | quod modo  $\pi$ ; quomodo  $U P_3 P_5$ ; quomodo  
 ergo *cett. ma* 11 vita aeterna<sup>1</sup>] vitam aeternam  $\delta$  | modo nata] donata  $\gamma_1$   
 12 Christus ipse *tr. \gamma\_1 P\_6* 13 est] est *om. \gamma\_1* 20 per<sup>1</sup>] propter  $\delta$  21 ut *om.*  
 $\delta$  2, 9 canticum vetus *tr. X ma* 11 cogitet<sup>2</sup>] cogitem  $\pi$

oculus in conscientiam non penetrat. Attendo quid agat, et ibi intellego quid cogitet. Neque enim si quisque verbi gratia comprehenderit hominem in furto, in homicidio, in adulterio, cogitationes ipsius in corde videt, sed in factis. Sunt quaedam quae  
 15 intus latent, sed sunt et multa quae procedunt in opera et manifesta fiunt etiam hominibus. Cum ergo essent illi qui se a com-  
 page caritatis Christi et a societate sanctae ecclesiae separarunt mali intus apud se – non noverat nisi deus –, venit tentatio, sepa-  
 ravit illos et patefecit hominibus quod noverat deus. Non enim  
 20 fructus ostenditur nisi in factis. Unde dictum est: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos*. Dixit enim dominus ad quosdam, qui ovium vestitu se induunt, intus autem sunt lupi rapaces, et ne forte fragilitas humana dignoscere non posset lupum sub ovina pelle, ait: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos*. Quaerimus fructus  
 25 caritatis, invenimus spinas dissensionis. *Ex fructibus eorum cognoscetis eos*. Ergo eorum canticum vetus est: cantemus nos canticum novum.

Iam diximus, fratres, omnis terra cantat canticum novum. Qui cum omni terra non cantat canticum novum, dicat quod  
 30 vult, linguis sonet ALLELUIA, dicat tota die, dicat tota nocte; non valde aures meae inclinantur ad vocem cantantis, sed quaero mores operantis. Interrogo enim, et dico: ‘Quid est quod cantas?’

---

21sq. Matth. 7,16.20    22sq. dixit ... rapaces] cf. Matth. 7,15    29 diximus] cf. supra 2,9sq.

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi U f_3$      $\varepsilon$ :  $N A n_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$      $\zeta$ :  $P_6 T P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)$  || 2, 26 cognoscetis] *inc. f\_3*

---

12 conscientia  $U$     13 si *rep.*  $\delta$  | quis  $\delta$  | apprehendit  $\alpha$     15 sunt *om.*  $\alpha$   
 18 Christi caritatis *tr. X ma* | a *om.*  $Y ma$     19 tentatio] et *praem.*  $\varepsilon \zeta$   
 20 homines  $\delta$     21 ostenditur fructus *tr.*  $\delta$     24 possit  $\pi \varepsilon$     27 canticum eorum *tr. X ma*    30 qui ... novum *om.*  $\alpha$     31 lingua  $\alpha$  | sonat  $\delta$  | tota!] toto  $U f_3$  | dicat<sup>2</sup> *om.*  $C_1 P_7$     32 aures meae  $f_3 al.$ ; auris mea  $\pi$  | inclinantur] et *praem.*  $\delta$  | morem  $\alpha$     33 operantium  $\delta$

Respondet: ALLELUIA. Quid est ALLELUIA? 'Laudate deum'.  
 35 Veni, simul laudemus deum. Si tu laudas deum et ego laudo  
 deum, quare in discordia sumus? Caritas laudat deum, discordia  
 blasphemat deum. (3.) Et vultis iam nosse ubi cantetis canticum  
 novum? Quae dicturus est in ipso psalmo, videte quomodo fiant,  
 et ubi fiant, utrum per omnes gentes fiant ista, an in una aliqua  
 parte terrarum, et hinc plenius intellegetis ad quem pertineat can-  
 5 ticum novum. Iam quidem manifestum est illud quod de alio  
 psalmo commemoravi: *Cantate domino canticum novum*. Et ut  
 ostenderet in cantico novo esse fructum caritatis et unitatis, addi-  
 dit: *Cantate domino omnis terra*. Nemo se separet, nemo se dis-  
 iungat: triticum es, ferto paleam quousque ventiletur. De area vis  
 10 excuti? Etsi triticum esses, foris ab area invenirent te volatilia et  
 colligerent te. Adde quia eo ipso quo discedis et volas, paleam te  
 esse indicas, et quia levis eras, venit ventus, et de sub pedibus  
 cc 2180 boum ablatu es. Qui autem triticum sunt, ferunt tritum: gau-  
 dent, quia grana sunt, gemunt inter paleam, exspectant ventilato-  
 15 rem, quem cognoscunt redemptorem. CANTATE DOMINO CANTI-  
 CUM NOVUM.

LAUS EIUS IN ECCLESIA SANCTORUM. Haec est ecclesia  
 sanctorum, ecclesia frumentorum toto terrarum orbe diffusorum,  
 per agrum domini seminata, quod est hic mundus, ipso

---

3, 6 Ps. 95,1      8 Ps. 95,1      9 triticum ... ventiletur] Matth. 3,12  
 14sq. exspectant ventilatorem] cf. Matth. 3,12; Luc. 3,17

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi U f_3$      $\varepsilon$ :  $N A n_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$      $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $K$  (exc.)  $P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 3, 17 laus] *inc. K*    18 diffusorum] *des. K*

---

34 respondit  $\delta$  | dominum  $H_1 Y X ma$     35 deum<sup>1</sup>] dominum  $H_1 Y X ma$   
 deum<sup>2</sup>] dominum  $X ma$     36 deum<sup>2</sup>] dominum  $X ma$     37 dominum  $X ma$   
 3, 2 ipso *om.*  $\gamma_1$  | fiat  $N \gamma_1$     3 fiant<sup>1</sup>] fiat  $N \gamma_1$     4 intellegatis  $f_3 al.$ ; intellegi-  
 tis  $\alpha U P_{23}$ ; intellegatis  $\gamma_1$     5 illud *om.*  $\alpha$     10 etsi] si  $\alpha$  | invenerint  $\delta$   
 11 quo discedis] quod excedis  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y$  (quo  $P_{23}$ , excidis  $C_1 P_7$ ) | et *om.*  $\delta$   
 12 et<sup>1</sup> *ma*; sed *codd.*    14 grana] gravia  $\alpha$     19 quid  $\delta$

domino exponente, cum de seminante diceret quia *homo semina-* 20  
*vit bonum semen in agro suo, et venit inimicus, et superseminavit*  
*zizania; et dixerunt pueri patris familias: Nonne bonum semen semi-*  
*nasti in agro tuo? Unde hic sunt zizania? Et respondit ille: Inimicus*  
*homo hoc fecit. Voluerunt colligere zizania, et compescuit illos*  
*dicens: Sinite utraque crescere usque ad messem; et in tempore messis* 25  
*dicam messoribus: Colligite primum zizania, et alligate fasciculos ad*  
*comburendum ea; triticum autem meum reponite in horreo. Postea*  
*interrogaverunt eum discipuli dicentes: Narra nobis parabolam*  
*zizaniorum. Et ipse exponit omnia, ut nullus homo cordi suo* mi 1951  
*tribuat quod ibi intellexerit, sed magistro caeli exponenti. Nemo* 30  
*dicat: 'Exposuit sibi quomodo voluit'. Si parabolam prophetae*  
*exponeret dominus, quando ipse per eos loquebatur quod dice-*  
*bant, quis auderet dicere: 'Non sic deberet dicere, non sic deberet*  
*exponere'? Multo magis, quando ipse exposuit quod ipse propo-*  
*suit, quis auderet contradicere manifestae veritati? Cum ergo* 35  
*hanc parabolam dominus exponeret, ait: Qui autem seminat*  
*bonum semen, filius est hominis, se utique demonstrans. Bonum*  
*vero semen filii sunt regni: ipsa est ecclesia sanctorum. Zizania*  
*autem filii sunt maligni. Ager est hic mundus. Iam videte, fratres,*  
*quia per mundum seminatum est bonum semen, et per mundum* 40

20–24 Matth. 13,24–28      25–27 Matth. 13,30      28sq. Matth. 13,36  
 36sq. qui ... hominis] Matth. 13,37      37–39 bonum<sup>2</sup> ... mundus] Matth.  
 13,38

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi U f_3$      $\varepsilon$ :  $N A n_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$      $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $K$  (exc.)  $P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 20 exponente] *des. f\_3*

21 semen bonum *tr.  $\gamma_1$*  22 pueri] servi  $\gamma_1 P_6 ma$  | patri  $\varepsilon \zeta P_{23} Y ma$  23 et  
*om.  $\gamma_1 ma$*  | illis  $\delta \varepsilon \zeta P_{23} Y X$ , *om.  $\alpha$*  24 zizania  $\delta$  27 ea *om.  $\alpha H_1$*   
 \*horrea  $\delta \varepsilon \zeta P_{23}$  29 corde  $\delta$  30 nemo dicat *om. U* 31 dicat *om.  $\pi$*   
 33 non sic deberet dicere *U, om. cett. ma* | deberet<sup>2</sup> debere  $\alpha N \gamma_1 \zeta P_{15} ma$ ;  
 deberi  $\delta$  34 proposuit ipse *tr. X ma* 35 audet  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y P_{15} ma$  37 est  
 filius *tr.  $\gamma_1 P_6 ma$*  40 seminatum ... mundum *om.  $C_1 P_7$*

seminata sunt zizania. Numquid in parte triticum, et in parte zizania? Per totum triticum, et per totum zizania. Ager domini mundus est, non Africa. Non quomodo terra ista Getuliae fert sexagenum aut centenum, et Numidia fert denum: non sic est  
 45 deo ager suus. Ubique illi fertur fructus, et centenus, et sexagenus, et tricenus; tu tantum vide quid velis esse, si cogitas ad domini fructum pertinere. Ergo ecclesia sanctorum, ecclesia catholica est. Ecclesia sanctorum non est ecclesia haeticorum. Ecclesia sanctorum illa est quam praesignavit deus antequam  
 50 videretur, et exhibuit ut videretur. Ecclesia sanctorum erat ante in codicibus, modo in gentibus: ecclesia sanctorum antea tantummodo legebatur, nunc et legitur et videtur. Quando solum legebatur, credebatur; modo videtur, et contradicitur. LAUS EIUS IN ECCLESIA SANCTORUM.

cc 2181 (4.) LAETETUR ISRAEL IN EO QUI FECIT EUM. Quid est v. 2  
 Israel? ‘Videns deum’: hoc enim interpretatur nomen Israel. Qui videt deum, in ipso laetetur, a quo factus est. Quid est ergo, fratres? Quia diximus nos ad ecclesiam pertinere sanctorum, num-  
 5 quid iam videmus deum? Quomodo sumus Israel, si non videmus? Est quaedam visio huius temporis, erit altera visio futuri temporis: visio quae modo est, per fidem est, visio quae futura est, per speciem erit. Si credimus, videmus; si amamus, videmus.

4, 2 videns deum] cf. Hier. nom. hebr. 13,21; 63,22; 74,15; 76,20 (Lagarde)

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_i$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) || 47 ergo]  
*inc. K* | sanctorum] *des. K* 53 laus] *inc. K* 4, 2 deum] *des. K* | qui] *inc. K*  
 3 est<sup>1</sup>] *des. K* 7 quae<sup>1</sup> ... 15 habitat] Ps. Aug. 844

41 in parte<sup>2</sup>] per totum  $\lambda P_{15}$  42 triticum] cum *add. \delta X* | et *om. \gamma\_1*  
 43 terrae istae Getulia  $\gamma_1 ma$ ; terra ista Getulia  $Y P_5 D$  | affert  $P_{23} Y$  45 illi]  
 ille  $C_1 P_7$  47 dominum  $\gamma_1$  49 ipsa  $\gamma_1$  | deus *om. \delta* 50 antea  $X ma$   
 4, 2 Israel<sup>2</sup>] eius  $\delta$  3 fratres ergo *tr. \delta* 4 ad ecclesiam nos *tr. \gamma\_1* | sancto-  
 rum pertinere *tr. \delta*

Quid videmus? Deum. Ubi est ipse deus? Interroga Iohannem: *Deus caritas est*. Benedicamus nomen eius sanctum, et gaudeamus in deo, si gaudemus in caritate. Quisquis habet caritatem, utquid illum mittimus longe, ut videat deum? Conscientiam suam attendat, et ibi videt deum. Si caritas ibi non habitat, non ibi habitat deus; si autem caritas ibi habitat, deus ibi habitat. Vult illum forte videre sedentem in caelo? Habeat caritatem, et in illo habitat sicut in caelo. Ergo simus Israel, et laetemur in eo qui fecit nos: LAETETUR ISRAEL IN EO QUI FECIT EUM. In eo qui fecit eum laetetur, non in Arrio, non in Donato, non in Caeciliano, non in Proculiano, non in Augustino: in eo laetetur qui fecit eum. Nos, fratres, non vobis commendamus nos ipsos, sed commendamus vobis deum, quia commendamus vos deo. Quomodo vobis deum commendamus? Ut diligatis illum bono vestro, non bono ipsius, quia malo vestro eum non diligitis, non malo ipsius. Non enim minus habebit deus divinitatem, si homo in illo non habuerit caritatem. Tu crescis ex deo, non ille ex te, et tamen tantum nos dilexit prior, antequam eum diligeremus, ut filium suum unicum mitteret mori pro nobis. Qui fecit nos, factus est inter nos. Quomodo nos ipse fecit? *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*. Quomodo factus est inter nos? *Et verbum caro factum est, et habitavit in nobis*. Ergo ipse est in quo debemus laetari.

10 1 Ioh. 4,16    25sq. nos dilexit prior] cf. 1 Ioh. 4,19    26sq. filium ... nobis] cf. Ioh. 3,16    28sq. Ioh. 1,3    29sq. Ioh. 1,14

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi U$      $\varepsilon$ :  $N A n_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$      $\zeta$ :  $P_6 T K$  (*exc.*)  $P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$  (=  $F_2 F M c_1$ ) || 16 ergo] *inc.*  $K$     17 nos] *des.*  $K$     19 nos ... 30 nobis] Ps. Aug. 844

11 deum  $\pi \varepsilon \zeta$  | caritatem  $\varepsilon$     14 habitat<sup>2</sup>] inhabitat  $U$     15 fortem  $\delta$  | eo  $X ma$     18 non in Arrio *om.*  $C_1 P_7$     20 nos ipsos *om.*  $ma$ ; ipsos *om.*  $U P_{15}$ ; nosmetipsos  $H_1 \varepsilon lo$     21 commendamus deum *tr.*  $U$     22 eum  $X ma$  | bonum vestrum non bonum  $\delta \varepsilon \zeta P_{23} Y$     23 eum] si illum  $\alpha$ ; si eum  $\delta$ ; illum  $U$     24 illum  $H_1^2 ma$  | habuerit] habeat  $\gamma_1 ma$     25 tantum tamen *tr.*  $\delta$  | dilexit nos *tr.*  $\delta$     30 habitabit  $\delta$

Nemo homo sibi arroget partes ipsius; ab ipso est laetitia quae nos facit felices: LAETETUR ISRAEL IN EO QUI FECIT EUM.

(5.) ET FILII SION EXSULTENT IN REGE SUO. Ipse est Israel, filii ecclesiae sunt; quia Sion fuit quidem una civitas, quae cecidit: in eius reliquiis habitant quidem sancti temporaliter, sed Sion  
 cc 2182 vera – Ierusalem vera, quia ipsa Sion quae Ierusalem –, aeterna  
 5 est in caelis, *quae est mater nostra*. Ipsa nos genuit, ipsa est ecclesia sanctorum, ipsa nos nutrit, ex parte peregrina, ex magna parte immanens. Ex parte qua immanet in caelo, beatitudo est angelorum: ex parte qua peregrinatur in hoc saeculo, spes est iustorum. De illa dictum est: *Gloria in excelsis deo*; de hac dictum est: *et in*  
 10 *terra pax hominibus bonae voluntatis*. Qui ergo in hac vita gemunt, et desiderant illam patriam, currant dilectione, non pedibus corporis: non quaerant naves, sed pennas; duas alas caritatis apprehendant. Quae sunt duae alae caritatis? Dilectio dei et proximi. Peregrinamur enim, suspiramus, gemimus. Venerunt ad  
 15 nos litterae de patria nostra, ipsas vobis recitamus.

(6.) LAETETUR ISRAEL IN EO QUI FECIT EUM, ET FILII SION EXSULTENT IN REGE SUO. Quod dixit QUI FECIT EUM, hoc dixit IN REGE SUO. Quod audistis ISRAEL, hoc est FILII SION; et quod audistis IN EO QUI FECIT EUM, hoc est IN REGE SUO. Filius dei

5, 5 Gal. 4,26 9sq. Luc. 2,14

$\pi: \alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1) \quad \lambda: \pi U \quad \varepsilon: N An_4 \quad \gamma_1: C_1 P_7 So_1 \quad \zeta: P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae: D P\_3 P\_5 P\_{15} YX e\_3 w, \alpha\_2 (= F\_2 F Mc\_1) || 5, 1 et]*  
*inc. K 3 temporaliter] des. K 4 ipsa ... 15 recitamus] Ps. Aug. 845*

31 nemo homo] cf. en. 148,14,2; homo om.  $\lambda \varepsilon \zeta P_{23} YX$  | qui  $\pi$  32 fecit  $\delta$   
 5, 1 filiae  $H_1 \varepsilon P_{23} YX$  | est om.  $YX ma$  2 filiae  $XT$  3 habitabant  $ma$   
 4 Ierusalem<sup>1</sup>  $\gamma_1$ ; et *praem. cett. ma* 7 immanens] in caelo *praem. \zeta*; in caelo  
*add. lo ma* | qua immanet] qua manet  $\alpha$ , in qua manet  $\delta$  | angelorum est *tr.*  
 $X ma$  8 est om.  $\gamma_1$  10 quia  $\pi \varepsilon P_{23}$  11 currant om.  $\alpha$  | dilectionem  $V_2$ ;  
 per dilectionem  $FF_2$  12 pinnas  $U$  13 proximi] dilectio *praem. \lambda \varepsilon P\_{23} YT*  
 15 vestra  $C_1 P_7$  | nobis  $\varepsilon$  6, 1 filiae  $\varepsilon P_{23}$  3 hoc est] id sunt  $X ma$  4 rege  
 suo filius] regno filii  $C_1 P_7$



fecit nos, factus est inter nos, et rex noster regit nos. Quia creator 5  
 noster fecit nos, ipse est tamen per quem facti sumus, qui est per  
 quem regimur; et ideo Christiani quia ille Christus. Christus a  
 chrismate dictus est, id est ab unctione. Reges autem ungebantur  
 et sacerdotes: ille vero unctus est et rex et sacerdos. Rex pugnavit  
 pro nobis, sacerdos obtulit pro nobis. Quando pro nobis pugna- 10  
 vit, quasi victus est, vere autem vicit. Crucifixus est enim, et de  
 cruce sua, in qua erat fixus, diabolum occidit: et inde rex noster.  
 Unde autem sacerdos? Quid pro nobis obtulit? Date sacerdoti  
 quod offerat. Quid inveniret homo quod daret \*mundum? Mun-  
 dam victimam. Quam victimam? Quid mundum potest offerre? 15  
 O peccator, o inique, o impie, quidquid attuleris immundum est,  
 et aliquid mundum pro eo offerendum est. Quaere apud te quod  
 offeras. Non invenies? Quaere ex te quod offeras: non delectatur  
 arietibus, nec hircis, nec tauris. Omnia ipsius sunt, etsi non offe-  
 ras. Offer ergo illi mundum sacrificium. Sed peccator es, impius 20  
 es, sed inquinatam conscientiam habes. Poteris forte aliquid mun-  
 dum offerre purgatus; sed ut purgeris, aliquid pro te offerendum  
 est. Quid ergo pro te oblaturus es, ut munderis? Si mundatus,

6, 8sq. reges ... sacerdotes] cf. 1 Reg. 10,1; 16,13; 2 Reg. 12,20; Ex. 30,30  
 9 ille ... sacerdos] cf. Ps. 2,6; 44,2; Matth. 2,2; 21,5; 27,11; Hebr. 1,6  
 12 inde rex noster] cf. Io. 19,19 18sq. non<sup>2</sup> ... tauris] cf. Is. 1,11; Am. 5,22

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T P_{23}$   
 lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )

5 fecit] qui *praem.*  $\varepsilon C_1^2 P_{23} X^2 ma$  7 regimur] nos *praem. lo ma* | Christus<sup>2</sup>  
*om.*  $U \gamma_1 P_{23} Y$  8 ungebantur  $\delta$  9 verus  $\alpha \varepsilon U P_{23} T$ ; vere  $\delta Y$  | est *om.*  $U$   
 10 obtulit  $\gamma_1 Y$ ; se *add. cett. ma* 11 victus] unctus  $\alpha$  | vere autem] virtute  $\pi$   
 12 et inde] \*deinde  $\gamma_1$  13 quid  $U \gamma_1 T$ ; qui  $\delta$ ; qui se  $\varepsilon P_{23} Y$ ; quia se  $\alpha P_6 ma$   
 14 mundum mundam victimam *conieci*; mundam victimam  $\lambda \varepsilon \zeta X ma$ ;  
 mundum  $\gamma_1 P_{15} P_5 P_3 D$ ; mundum victimam  $P_{23} Y$  15 quam] quam mun-  
 dum victimam \**praem.*  $H_1$  16 o<sup>1</sup> *om.*  $\lambda, ma$  (*aliter interp.*) | obtuleris  $\pi$   
 17 eo] te  $U P_{23} Y P_{15} T ma$  | quid  $\lambda P_{23} ma$  18 non<sup>1</sup> ... offeras *om.*  $\lambda$  | quid  
 $P_{23} Y$  19 nec<sup>1</sup>] et  $\gamma_1$  | sunt *om.*  $\pi$  20 ei  $\gamma_1$  22 pro te] forte  $\gamma_1$   
 23 mundatus] es *add.*  $\gamma_1 ma$ ; est  $\varepsilon$

poteris offerre quod mundum est. Offerat ergo seipsum mundus  
 25 sacerdos, et mundet. Hoc est quod fecit Christus. Nihil mundum  
 invenit in hominibus quod offerret pro hominibus: seipsum ob-  
 tulit mundam victimam. Felix victima, vera victima, munda vic-  
 tima, hostia immaculata. Non ergo hoc obtulit quod nos illi dedi-  
 cc 2183 mus; immo hoc obtulit quod a nobis accepit, et mundum obtulit.  
 30 Carnem enim a nobis accepit, hanc obtulit. Sed unde illam accepit?  
 De utero virginis Mariae, ut mundam offerret pro immundis.  
 Ipse rex, ipse sacerdos: in illo laetemur.

(7.) LAUDENT NOMEN EIUS IN CHORO. Et chorus quid v. 3  
 significat? Multi norunt chorum; et quia in civitate loquimur,  
 prope omnes norunt. Chorus est consensio cantantium. In choro  
 cantamus? Concorditer cantemus. In choro cantantium quisquis  
 5 voce discrepaverit, offendit auditum et perturbat chorum. Si vox  
 inconvenienter cantantis disturbat concentum cantantium, quo-  
 modo disturbat dissonans haeresis consensum laudantium! Cho-  
 rus Christi iam totus mundus est. Chorus Christi ab oriente in  
 occidente consonat. Videamus si tantum extenditur chorus Chri-  
 sti. Dicit psalmus alius: *A solis ortu usque ad occasum laudate*  
 10 *nomen domini*. LAUDENT NOMEN EIUS IN CHORO.

---

7, 10sq. Ps. 112,3

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 7, 1 laudent] *inc. K* 2 chorum] *des. K* 3 chorus] *inc. K* 4 cantemus] *des.*  
*K* 7 chorus] *inc. K* 8 est] *des. K* 10 a] *inc. K*

---

24 quod] quid  $\varepsilon$  25 et] ut  $\pi T$  26 seipsum] ipsum *om.*  $\delta$  27 munda victi-  
 ma  $\alpha U \gamma_1$  | vera victima *om.*  $U$  | munda victima *om.*  $\alpha \gamma_1 P_{15} ma$   
 31 mundam] mundum  $\delta$  32 eo  $X P_6 ma$  | laetamur  $\gamma_1$  7, 2 noverunt  $\pi \varepsilon$   
 $P_{23} X ma$  | et] et *om.*  $C_1 P_7$  3 in] si *praem.*  $\varepsilon \gamma_1 K \zeta P_{23} Y ma$   
 4 concorditer] cordi  $C_1 P_7$  | cantemus] cantamus  $\gamma_1$  5 discrepaverit  $\gamma_1 ma$   
 6 consensum  $\alpha$  7 haeresis dissonans *tr. ma* | consensus  $\delta \varepsilon \zeta P_{23} Y X$ ; con-  
 centum  $C_1^2 So_1 ma$  8 iam *om.*  $\pi$  | Christi chorus *tr.*  $\gamma_1$  | in] et  $\gamma_1 D$   
 9 occidentem  $X^2 ma$

(8.) IN TYMPANO ET PSALTERIO PSALLANT EI. Quare assumit tympanum et psalterium? Ut non sola vox laudet, sed et opera. Quando assumitur tympanum et psalterium, manus concinnunt voci. Sic et tu, si quando cantas ALLELUIA, porrigas et panem esurienti, vestias nudum, suscipias peregrinum; non sola vox sonat, sed et manus consonat, quia verbis facta concordant. Assumpsisti organum, consentiunt digiti linguae. Et ipsum mysterium tympani et psalterii non est tacendum. In tympano corium extenditur, in psalterio chordae extenduntur: in utroque organo caro crucifigitur. Quam bene psallebat in tympano et psalterio, qui dicebat: *Mibi mundus crucifixus est, et ego mundo!* Ipsum psalterium vel tympanum te vult tollere, qui amat canticum novum, qui te docet quando tibi dicit: *Qui vult esse meus discipulus, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.* Non dimittat psalterium suum, non dimittat tympanum: extendatur in ligno, et siccetur a concupiscentia carnis. Nervi quanto plus fuerint extenti, tanto acutius sonant. Ut ergo acute sonaret Pauli apostoli psalterium, quid dixit? *Quae retro oblitus, in ea quae ante sunt extentus, sequor ad palmam supernae vocationis.* Extendit se ipse, tetigit Christus, et sonuit dulcedo veritatis.

IN TYMPANO ET PSALTERIO PSALLANT EI.

8, 11 Gal. 6,14 13–15 Matth. 16,24 18–20 Phil. 3,13–14

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 8, 6 concordant] *des. K* 21 in] *inc. K*

8, 3 quando] quare  $\delta$  4 alleluia cantas *tr. X ma* 5 nudum] et *praem.  $\delta$*   
 7 consentiunt] et *praem.  $\gamma_1 ma$*  8 ministerium  $\gamma_1$  | tympanum  $\delta$  9 corda  
 $H_1 P_{23} Y$  | extenditur  $N P_{23} Y$  10 crucifixa est  $\gamma_1 P_{23} Y$  11 mundus mihi  
*tr.  $\gamma_1$*  12 vel] velut  $U(ac.) An_4 \gamma_1 ma$  | tollere te vult *tr. X ma* 13 dicit tibi  
*tr.  $\delta$*  16 et siccetur] \*exsiccetur (cf. *en. 150,7,3*)  $U$  | siccetur  $\delta$  19 ante]  
 autem  $\delta$  20 ipsum  $\pi \varepsilon \zeta$  | Christum  $\pi$  | sonavit  $\gamma_1 P_6 ma$  21 psallant ei et  
 psalterio *tr.  $\gamma_1$*

(9.) QUONIAM BENEFECIT DOMINUS IN POPULO SUO. v. 4

Quid tam beneficium, quam mori pro impiis? Quid tam beneficium quam sanguine iusto delere chirographum peccatoris? Quid tam beneficium quam dicere: 'Non ad me pertinet quod fuistis; estote quod non fuistis'? BENEFECIT DOMINUS IN POPULO SUO, dimittendo peccata, promittendo vitam aeternam. Benefacit aversum convertere, pugnans adiuvare, vincentem coronare: BENEFACIT DOMINUS IN POPULO SUO.

ET EXALTAVIT MANSUETOS IN SALUTE. Exaltantur enim et superbi, sed non in salute. Mansueti in salute, superbi in morte: ideo superbi ipsi se exaltant, et dominus eos humiliat; mansueti autem ipsi se humiliant, et dominus eos exaltat: EXALTAVIT MANSUETOS IN SALUTE.

(10.) EXULTABUNT SANCTI IN GLORIA. Aliquid volo dicere. Audite attentius de gloria sanctorum. Nemo est enim qui non amat gloriam. Sed gloria stultorum, popularis illa quae dicitur, habet illecebram deceptionis, ut ad laudes vanorum hominum quisque commotus velit sic vivere, ut praedicetur ab omnibus quibuscumque quomodocumque. Hinc homines insani v. 5

9, 7 pugnans ... coronare] cf. en. 143,5,29 et app. fontium

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
(exc.)  $P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
9, 3 peccatoris] des. K 7 benefecit inc. K 10 salute<sup>1</sup>] des. K 11 mansueti]  
inc. K 10, 1 gloria] des. K

9, 1 benefacit  $\varepsilon X$ ; bene sensit  $P_{23} Y$  2 beneficium<sup>1,2</sup>  $\alpha H_1 \gamma_1 ma$  4 beneficium  $\alpha \gamma_1 ma$  5 benefaciat  $\delta$ ; benefacit  $U \varepsilon \zeta P_{23}$  7 repugnantem  $\pi \varepsilon$  benefecit  $\gamma_1 ma$  9 exaltabit  $T^2 P_6^2 ma$  | salutem  $\pi \zeta P_{23} Y X$  | exaltentur  $\varepsilon P_{23} Y$  10 salute<sup>1</sup>] salutem  $\pi \varepsilon \zeta P_{23} Y$  | salute<sup>2</sup>] salutem  $\pi P_{23} Y X T$  | mortem  $\pi P_{23} Y X T$  11 ideo] id est  $lo ma$  12 dominus  $U \gamma_1 K P_{23} Y T$ ; deus cett.  $ma$  | eos] illos  $\pi \varepsilon P_{23} Y T$  | exaltavit] et *praem.*  $\gamma_1 ma$ ; exaltabit  $X ma$  13 salutem  $\pi \varepsilon P_{23} Y T$  10, 3 amet  $\alpha X T$  | sed gloria *om.*  $\gamma_1$  4 laudes] laudem suam  $\pi \varepsilon$  | vanorum] honorum  $V_2 A$ ; honorem  $H_1$  5 quisquis  $\zeta$  ut] et  $\varepsilon$

effecti, et inflati typho, inanes intus, foris tumidi, etiam res suas perdere volunt, donando scenicis, strionibus, venatoribus, aurigis. Quanta donant! Quanta impendunt! Effundunt vires, non patrimonii tantum, sed etiam animi sui. Isti fastidiunt pauperem, 10 quia non clamat populus ut pauper accipiat; clamat autem populus ut venator accipiat. Illi ergo ubi eis non clamatur, nolunt erogare. Ubi clamatur ab insanis, insaniunt, et fiunt omnes insani, et qui exspectatur et qui exspectant et qui donant. Insana ista gloria reprehenditur a domino, improbatur ante oculos 15 omnipotentis. Et tamen, fratres, si Christus impropere suis et dicat: ‘Non a vobis accepi tantum, quantum acceperunt venatores, et illis ut donaretis, de meo donastis, ego autem *nudus eram, et non vestitis me*’, et illi: *Quando te vidimus nudum, et non vestivimus te?*, et ille: *Cum uni ex minimis meis non fecistis, neque mihi 20 fecistis*. Sed eum vis vestire qui tibi placet? In quo tibi Christus displicet? Vestire vis venatorem, quo forte victo erubescas? Christus numquam vincitur, et diabolus vicit et pro te vicit et tibi vicit et in te vicit. Talem victorem vestire non vis. Quare? Quia minus clamatur, quia minus insanitur. Propterea isti qui tali glo- 25

---

10, 18–21 Matth. 25,43–45

---

$\pi: \alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1) \quad \lambda: \pi U \quad \varepsilon: N An_4 \quad \gamma_1: C_1 P_7 So_1 \quad \zeta: P_6 T \quad P_{23}$   
*lectiones selectae: D P\_3 P\_5 P\_{15} Y X e\_3 w, \alpha\_2 (= F\_2 F M c\_1)*

---

7 tipo  $\pi$  8 dando  $U$  | strionibus  $\delta U \varepsilon P_7$ ; histrionibus *cett. ma* 10 etiam *om. C\_1 P\_7* 11 clamat<sup>2</sup> ... accipiat *om. \lambda* | populus<sup>2</sup>] pauper  $\varepsilon$  12 non eis *tr. \gamma\_1* | clamatur] ab insanis *add. P\_{23} Y* 13 insani] insania  $C_1 P_7$  14 exspectatur  $\pi \varepsilon$ ; spectantur  $P_{23} Y T$ ; spectatur  $U \gamma_1 P_6 ma$  | exspectant  $\pi \varepsilon P_{23}$ ; spectant  $U Y P_{15} T$ ; spectat  $\gamma_1 P_6 ma$  | donat  $\gamma_1$  | insani  $P_{23} Y$  15 improbantur  $P_{23} Y$  16 et tamen ... 21 Sed eum ... *anacoluthon* | fratres] mei *add. \varepsilon \gamma\_1 \zeta D ma* | si Christus] se Christus  $V_2 \delta$ ; Christus sic *lo ma* | improperat *lo ma* et dicat *om. C\_1 P\_7* 17 dicit *lo ma* 19 et<sup>2</sup> ... ille *om. C\_1 P\_7* | quando] et *praem. lo ma* 20 uni] enim  $U$ , enim *praem. C\_1 P\_7* | neque mihi] mihi non  $P_{23} Y X$ ; nec mihi *lo ma* 21 sed] si  $C_1 P_7$  | vestiri  $\varepsilon P_{23} Y$  23 vicit<sup>1</sup>] vincit  $C_1 P_7$  | in te vicit et tibi vicit *tr. \alpha* 25 talem gloriam  $\varepsilon$

ria delectantur, in conscientia sua nihil habent. Quomodo exhau-  
mi 1955 riant arcas, ut vestes mittant, sic exinaniunt ipsam conscientiam,  
ut nihil ibi habeant pretiosum.

(11.) Sancti autem qui exsultant in gloria, quomodo exsul-  
